

4862 Salisani in ecclesia parochiali supra portam sacristiae MAROCCO, STEVENSON.

P · GAVIENI · P · ET · t. l. ARISI
GAVIENA · P · L · FAVSTA
P · GAVIENI · P · L · QVARTION
VETTIAE · O · L · PRIMAE

Recognovit Stevenson. Marocco 3, 70.

1 P · ET · IARISI · ID · STEV. — Marocci mendas praetereo.

4863 cista ornata. Poggio Catino in ecclesia parochiali pro aqua lustrali.

D · M · N GERGENIA · sic
LAURENTINA
VIXIT · ANNOS · XI
M · X · D · XXV · F · M · FIL

Recognovit Stevenson. Marocco 1 p. 173 ed. 1828, 2 p. 21 ed. 1833; Pellegrinius dedit Henzeno.

1 legi posse aut NC · aut NG adnotavit Stevenson. Quid significetur, nescio, nisi adquiescimus in explicatione *d(is) M(a)n(ibus)*.

4864 Montopoli in aedibus Iosephi Augetti avunculi mei una cum altero titulo Graeco: ΤΗΚΑΛΗΤΟΥΤΙΑ, sub quo item cernitur columba RICCOM. Frustra quaesivit STEVENSON.

HALICIAE · Se
VERAE · MATRI
ET · NVTRICI
DVLCISSIMAE
5 FEMINAE · B · M
columba

Servavit Riccomannus in epistula a. 1769 scripta inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 365.

1 fin. SF traditur. — Mirum est columbam cerni sub titulo ipso vix Christiano; vide ne falsus sit ex urbe advectus.

4865 alla Palombella (inter Mompeo et Salisano) in uno sepulcrorum eorum quae ibi dextra laevaue duplici ordine cernuntur CHAVPY similiterque MAROCCO. Frustra quaesivit STEVENSON.

PASSIDIENAE
P · L · CLYMENE · ET
MEGISTE · FILIAE
FECIT · HIMER

Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 132 (inde Sperandio Sab. p. 343 cf. p. 40); Marocco 2, 95.

Versus continuat Chaupy. — 1 PASIDIENAE, 2 CLYMENAE, 3 MEGISTAE Mar.

4866 parva tabula. Mompei nuperrime rep. in loco q. d. *Maialino* CHAVPY 1769. Est ibi in domo marchionis Patrizi.

PETILLIA · O · ET
P · ÁTRI · L · ETHAERA
V · P · ATRIVS · P · L · SVNEROS
CONLIBERTAE · ET · SIBI ·

Recognovit Stevenson. Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 133 (inde Sperandio Sab. p. 343); Marocco 2, 75; Gregorius Palmieri descripsit Henzeno.

4867 in rudi saxo Salisani in fronte domus cuiusdam in via primaria.

RONIO · C · L · PHILEMO · mi
POSTERISQVE · EIVS ·

Descripsit Stevenson.

4868 Montopoli olim rep. in loco q. d. Valle qui nunc est Antonii Tommasi; deinde Castelnuovi prope Farfam in domo Scoccia EROLI 1877.

DIS · MANIBVS
L · SEPTIMIO · PRIMIGENO
LIVIA · PARTHENIS
COIVGI · BENEMERENTI
5 FECIT

Eroli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1877 p. 7.

4869 Montopoli in una stalla del predio Giannotti-chiamata la Torretta RICCOM.; in via publica prope aedes Giannini et Constantini PALM. STEV.

DIS
MANIBVS
urceus C · SVETONIO patera
CALLISTO

Recognovit Stevenson. Riccomanni, qui vidit a. 1766, inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 364 et inter Amadutiana ms. Savign.; Palmierius descripsit Henzeno.

4 CALLI/TO · STEV.

4870 Poggio Mirteto rep. a. 1859 in praedio Caroli Tiburzi ACTA. *Territorio di Poggio Mirteto vocabolo S. Anzia presso Galantino* GWARD.

VITVDIA · L · F
RVFA

Acta ministerii pontificii rerum ad commercium spectantium; Guardabassius vidit.

4871 litteris magnis et pulchris in agro Montopoli in ecclesia S. Stephani RICC. Frustra quaesivit STEVENSON.

LIT · D
NATV

Riccomanni in epistula a. 1769 inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 366'.

4872 rep. inter rudera suburbani Noniorum una cum n. 4855.

V · V · D
ta BERNAM
libertis liberta · BVS · Q · SVIS

Riccomanni l. c. ad n. 4855.

CII. TREBVLA MVTVESCA (Monteleone.) Tribu Fabia?

Trebulas tres quattuorve novimus, scilicet in Samnio eam de qua supra p. 262 diximus, nequaquam tamen certam; in Campania Trebulas Ballienses (vol. X p. 442); in Sabinis duas, Trebulam Suffenatam, de qua actum est p. 434. 451 situs incerti et, cuius iam titulos damus, Trebulam Mutuescam in ipsis n. 4880. 4885. 4893 (cf. n. 4894) dictam, Trebulam Mutuscam apud auctores omnes (Vergilius Aen. 7, 711: *manus oliviferae Mutuscae*; Plinius h. n. 3, 12, 107: *Trebulani qui cognominantur Mutusci*; Obsequens 42. 43), scilicet si libros sequimur. Appellatur item modo Trebula nude (Strabo 5, 3, 4: Τρήβουρα; index coloniarum p. 248), modo nude Mutusca (Vergilius l. c., ubi scholia recte adnotant Trebulam-intelligi, male hanc confundunt cum fluvio Trebia). Vici locum obtinuisse quo tempore Mummius consul Corinthum expugnavit, intellegitur ex titulo n. 4882. Postea municipii loco fuit teste non indice coloniarum deteriore (p. 258: *Tribule municipium: iter populo non debetur: limitibus Augusteis est adsignatus: finitur sicuti ager Curium Sabinorum*), haec enim translata ex indice Campaniae recensio melioris (v. vol. X p. 442) et temere relata ad hanc nostram fide carent, nec magis Strabone 5, 3, 4 p. 228: Τρήβουρά τε καὶ Ἡρητὸν καὶ ἄλλαι

κατοικίαι τοιαῦται κῶμαι μᾶλλον ἢ πόλεις ἐξετάζονται ἄν, quippe qui non tam de iure cogitet quam de specie oppidorum, sed titulo n. 4894, ubi municipium dicitur, aliisque non paucis rei publicae indicia prae se ferentibus. Magistratus fuerunt *octoviri* (n. 4889. 4890. 4895), quorum alii fuerunt *aerarii* (n. 4894 bis. 4896. 4900), alii *fanorum* (n. 4891. 4896), alii *aedilicia potestate* (n. 4891 passim. n. 4896). In corruptelis VIII VIR... SVIS (n. 4891) et VIII VIR DV... (n. 4883) quid lateat, ignoratur. Octovir quinquennialiciae potestatis non reperitur (cf. tamen n. 4883); *aedilis quinquennialis* n. 4892. 4902 (cf. n. 4889. 4890) utrum duos honores significet an unicum, ambiguum est. Iterationis ratio peculiaris in his octoviribus observatur, scilicet procedens una cum functionum mutatione et ut videtur incremento; exempli causa octoviratu aediliciae potestatis functus ad curam fanorum vocatus appellatur octovir iterum fanorum, ad curam aerarii octovir tertium aerarii; id quod secus est in quattuorviratibus iure dicundo et aediliciae potestatis. Hoc quoque proprium est octoviratu Trebulano, quod inveniuntur etiam octoviri nescio qui liberti (n. 4897). Praeterea habemus *sexviros Augustales* (n. 4894. 4893. 4897. 4901 cf. 4904), fortasse etiam *Augustales*